

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christophori Cellarii Breviarium Antiquitatum Romanarum

Cellarius, Christoph

Halae Magdeburgicae, 1778

VD18 13038508

Sectio I De Distributione Populi Comitia Habentis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-195671

et tribunatus plebis, quem etiam imperatores seu Cæsares omnes propter summam potestatem in se receperunt. Conf. supra p. 35.

CAPVT VIII

DE

COMITIIS

eiusque

SECTIO I

DE

DISTRIBVTIONE POPVLI
COMITIA HABENTIS.

§. I.

Romanus populus varie distributus fuit, præcipue a Seruio Tullio, sexto rege: quamuis Romulus etiam, etsi ruditer, in hac parte egisset. Huic enim tribuunt tribus et curias in populo institutas: classes autem et centurias Seruio. Liuius *l. i. c. 43.* videtur vtrumque dare Seruio, Romulo nihil aut parum. Sed forsitan ordinatius Seruius fecit, quod ruditer Romulus instituerat. Nam ipse Liuius *l. iv. c. 4.* Seruio tantum tribuit descriptionem centuriarum classiumque.

§. 2. Hæc distributio licet ob alias etiam causas facta esset: præcipuus tamen illius usus fuit in suffragiis ferendis. Non enim viri-
tim et promiscue omnibus datū est suffragium,

gium, neque enim hoc per multitudinem fieri potuit: sed gradus facti; ita tamen, vt nemo exclusus videretur, qui in certa tribu, curia vel centuria erat. Hinc comitia, qui conuentus populi suffragiorum ferendorum causa erant instituti, diuisa erant in *curiata*, *tributa* et *centuriata*. Prius ergo vocabula explicabimus, quam de ipsis agamus comitiis.

§. 3. Romulus apud Dion. Halic. l. ii. p. 82. in tribus tres et curias triginta diuissse populum dicitur. Seruius autem Tullius non tantum tribus auxit: sed classes quoque addidit census agendi causa, et centurias. Primo enim urbem in quatuor tribus seu partes diuisit: easque non ab auctore vel gentis origine, vt Romulus; sed a locis, vbi habitabant, appellauit *suburanam*, *esquilinam*, *collinam* atque *palatinam*. Dion. Hal. l. iii. p. 203. l. iv. p. 219. Liu. l. i. c. 36 et 43. Atque hæ quatuor *urbana* dictæ sunt. Deinde sex populi classes constituit, censu et possessionibus distinctas. In prima classe erant ditissimi, absolute *classici* dicti; a quo ritu etiam scriptores *classicos* nominarunt præstantissimos, vt Gellius l. vii. c. 13; et l. i. xix. c. 8. docet: in sexta tenuissimi. Porro classes singulas distribuit in suas centurias: ita quidem, vt primæ classi adnumeratis equitibus darentur centuriæ xcviii, secundæ xxii, tertiæ xx, quartæ xxii, quintæ xxx; sexta autem, quamquam numero superiores vinceret, pro vna centuria censeretur, atque sic omnium classi-

um

um essent centuriæ cxciii. Liu. l. i. c. 43: et Dion. Hal. l. iv. p. 221 seq.; et l. vii. p. 464.

§. 4. *Curia*, vt dictum, erant xxx: earumque numerus numquam auctus est, licet tribus deinde multiplicarentur. Dion. Hal. l. v. p. 281: et Cic. *pro domo* c. 29. Diuidebantur rursus in *decurias*: vnde etiam præfecti curiarum *curiones*, et decuriarum *decuriones* appellati sunt. Dion. Hal. l. ii. p. 82.

§. 5. *Tribuum* ratio certior erat et constantior: earumque numerus pro tempore auctus, vt tandem fierent triginta quinque. Diuisæ erant in *urbanas* et *rusticas*: quarum dignitas mutata fuit successu temporis, vt nobilissimus quisque in rustica maluerit, quam urbana scribi; quia quatuor illæ urbanae libertinis et nouis ciuibus tandem relinquebantur. Dion. Hal. l. iv. p. 220. Liu. l. xxxiii. c. 10. Cic. *Verr.* iii. c. 5. Plin. l. xviii. c. 3.

§. 6. Nomina tribuum hinc inde ex scriptoribus aut inscriptionibus collegit Carolus Sigonius *de iure ciuium romanorum* l. i. c. 3. Vnum addimus, potuisse aliquem in duplici tribu esse, pro viroque parentum naturæ et adoptionis genere. Sic Suetonius *de Augusto* c. 40 scripsit: *Fabianis et scaptiensibus, tribulibus suis, die comitiorum singula millia nummum a se diuidebat.* In duabus ergo tribubus Augustus fuit, fabia et scaptia, vt Torrentius interpretatur et commentatur: *Scaptia Iuliorum, per adoptionem; fabia Octauiorum, per naturam.* Quo pertinet inscriptio Brixensis lapidis apud Gruterum p. 626. 226.

C. IVLIO C. F. FAB. SCAPT. CAESARI AVGVSTO.

SECTIO